

3-7-2-02

# Theophylacti

BVLGARIAE ARCHIEPI-  
scopi in omnes D. Pauli Apostoli Epi-  
stolas enarrationes, iam recēs ex  
vetustissimo archetypo Gra-  
co, per ~~\_\_\_\_\_~~  
~~\_\_\_\_\_~~ fidelissimè in La-  
tinum conuersæ.

*Expurgado sepe libro a m  
re agost de isse &  
maestro  
maldos*  
PARISIIS,



1545

*Expurgado conforme al Indice general de  
los libros de la Inq<sup>ca</sup> de los libros en Alcalá vide  
mayor noticia - M. de ...*



# Theophylacti

BVLGARIAE ARCHIEPI-

scopi, in diui Pauli ad Romanos

epistolam, Enarratio, ~~Interpretatio~~

~~Interpretatio~~ interprete.

PRÆFATIO.

**F**REQVENS diuinarū scripturarum lectio, ea-  
runde intellectu parit. Nec enim mētitur ille,  
qui dixit: Quærite, & inuenietis: pulsate, & ape-  
rietur vobis. Proinde & beati Pauli epistolarū  
mysteria seu sacramēta perdiscemus, si cū sedulo, tum fre-  
quenter in iisdem versati fuerimus. Siquidē reliquis om-  
nibus doctrinæ institutionisq; ratione excellētor fuit:  
neque id immerito. Postquā enim exuberantius aliis la-  
borauit, largiorem pariter spiritus domini gratiam est ade-  
ptus. Neque hoc ex epistolis eius tantummodo planum  
fit, verumetiam ex Apostolorum actis. Mercurius nanque  
infidelibus existimatus est, propter orationis, qua polle-  
bat, præstantiā. Primo vero loco ad Romanos Epistola præ-  
stituta est, non quod primum quoque conscripta sit: quan-  
doquidē ad Corinthios, tū ad Thessalonicēses vna, in qua  
de ministerio Hierosolyma transmittendo omnes, ipsos oc-  
cultē quidē cōmonest, hanc præcesserint. Præterea Ga-  
latis inscripta, hac ad Romanos anterior est. Cæteris vero  
epistolis, hac sanē, Romanorū nimirum titulu præ se fe-  
rēs, prior est. Quis nō igitur, q̄ primum locū in ordine ob-  
tineat? Quoniam in sacris literis huiusmodi ordo non est  
necessarius. Nam & duodecim prophetæ, etiamsi nō eum  
vitæ cursum per tempora habuerint. quasi tamen eū vitæ  
tēporūmq; ordinem habuerint, quo ponuntur, in sacris ita  
literis digeruntur. Scribit autem Romanis Apostolus, per-  
inde quali necessario ipsum Christi ministerio fungi oportet:  
Romanis inquam, ceu vniuerso terrarū orbi præsiden-  
tibus, iam qui capiti cōmodat, toti simul corpori proficit.

Matt. 7

Lucæ II.

B

Paulus.

Mercuri

infidelib

dictus.

C

Epistola

ad Rom.

ordine præ-

ma.

Nomē suū  
cur pene  
ubi. j. Pau-  
lus episto-  
lis suis ad  
scribat.



A V L V S. Neque Moses, neque posteriorum plerique, immo neq; Euangelistæ nomina sua scriptis suis præposuerunt. Diuus autem hic noster Paulus ubiq; epistolis suis nomen iuxta suū præfigit: q; illi quidem ad præsentēs scripserint, hic verò ad longinqua literas transmiserit, haud iniuria epistolici characteris, epistolarisve

formulæ sanè legem cõplens. In epistola certè ad Hebræos non itidem facit, vt ne nomine statim eius audito resiliat, quando in sensu ei impensè erant, ideòq; nomen isthuc suū in exordio celat. Cuius autè rei gratia ex Saule Paulus dictus est? Vt neque per hoc culmine Apostolorum, qui Cephas vocabatur, quod valet, si interpreteris, Petrū, minor esset, aut filius Zebedæi, qui Boanerges, id est: filij tonitru, cognominati fuere. *Seruus*, Multæ seruorum sunt species,

Ex Saule  
cur dictus  
Paulus.

Seruorum  
multæ spe-  
cies.  
Roma. 6

Alius quidem à conditione vel creatione, secūdam quam omnia sunt serua, hoc est, subdita conditori deo. Alius à fide, iuxta quam dictum est: Quoniã obediistis, in quam traditi estis, formæ doctrinæ. Alius est seruus reipublice, vnde & Moses dictus est famulus dei. Proinde secūdū has om-

neis formulas Paulus nominatur seruus. *Iesu Christi*. Dispensationis adeòq; ministerij sui nomina præponit, ab infernis ad superna recurrens. Etenim post incarnationē Ie-

Vnctio ab  
que oleo.  
I. Par. 16

sus Christus vnctus quidem est, haudquaquam oleo, verū enim uero spiritu sancto, qui quouis oleo est præciosior.

Psal. 104.

Porro quòd vnctio etiam citra oleum sit per spiritum sanctum, audi ex eo ubi inquit: Ne tãgatis vnctos meos. quod verbum de iis qui ante legem florere, accipiendum est, quo tempore neque vnctionis per oleū nomen erat. *Vocatus*. Humilia spirantis animi hoc verbum est. Indicat enim quòd non ipse quærens inuenerit, sed vocatus accesserit. *Apostolus*. Hoc posuit ad discrimen aliorum vocatorum. Etenim omnes qui Christo nomen dederunt, vocati sunt, at illi ad credendum vsque: mihi verò muneris apostolici functio seu legatio commissa est, quæ & Christo tradita erat à patre hunc in mundum emanato. *Segregatus in euan*

Vocatorū  
differētiæ.

Segregatus  
in euan

A minutam in animabus nostris, in ipso Christo benefacto-  
re animarum nostrarum, cum quo patri sit gloria vnà cum  
sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum.  
Amen.

Scripta est ex Italia per Timotheum.

ENARRATIONVM IN EPISTOLAS  
diui Pauli per Theophylactum,

FINIS.

Excudebat Benedictus Prewost typogra-  
phus, in vico Frementello iuxta Clausum  
Brunellum commorans. Anno Domini,

1545.